



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

12. Quas in matrimonij necessitates S. Chrysostomus censuerit considerandas?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

purpureis atq; gemmatis, qui grata facie, & leto vultu me sufficiens
ait: O Virginitas, qua non in operibus tenebrarum, sed semper in lu-
mine versaris. Hac ego audiens enigilant, & cœpi flere. & projecta
me in pavimento, rogavi Dominum, ut is qui mihi loquebatur, da-
cissimos sermones iterum prosequeretur. Sic mihi oranti, & prostra-
ta idem qui amè loquebatur: Virginitas purpura regalis est, quam
qui induit, reliquis fit eminentior: Virginitas gemma est preius:
Virginitas thesaurus est regis immensus. Huic fures infidias rendunt.
Hanc tu enigilans sollicitè custodi, quantumq; plus te habere cogni-
scis, instantius custodi, ne perdas. His, & similibus verbis & factis
incitata Victoria omno pretium ornamentorum suorum & ipsa dis-
traxit pauperibus. Sicq; factum est, ut agentibus sponsis earum,
Aurelio & Eugenio, quia nubere illis virginies Christi voluerunt, a
Decio Imp. urbe Roma pulsæ, ad prædias sponorum ducerentur; &
fame & inedia ita afflita sunt, ut vix ad vesperum modicum panis
cibarius eis daretur, nulloq; pacto efficere sponsi potuerunt, ut vel ad
nubendum, vel ad sacrificandum animi illarum inclinarentur. Bea-
tae agitur Victoria in virginitatis proposito invincibiliter persisteu-
re post multa facta miracula, inter qua plurimas virgines Domini
gregauerat, percussa est gladio in corde à Thaliarcho carnifice, quem
rogatu Eugenij sponsi sui Julianus Pontifex Capitolij ad hoc opu-
rrexerat. Putent alij, se in matrimonio Paradisum inventuros,
hæc sapiens Virgo occumbere maluit, quam nubere.

XII.

Scopuli & Syrites in mari eminentes prosunt nauiganti-
bus, possunt enim vitari, si appareant. Ita ærumnae in coniu-
gijs occurentes multos dirigunt ad tutiora. Hinc Apostolus,
postquam multa de coniugum & coniugiorum difficultibus
disputasset, subiecit: Exigitimo ergo hoc bonum esse, propter insan-
tem necessitatem (anexam matrimonio). quoniam bonum est ha-
minis sic esse. Quanam est necessitas hac? ait S. Chrysostomus, hu-
manarum quidem rerum negotiorumq; conuersio. Ita enim est con-
cursus curarum, ea solitudinum oppresio, ea varietas casuum, et
qui connubio iunctus sit, quasi in iurius multum sepe erret, ac peccet,
eo, quod uxorem, cuius suauiter peccet sape, innitus domi habere per-
petuò cogatur. Quod si uxor moribus facilioribus sit, molestam
curarum, qua viro circumfunduntur propter ipsam, & propter li-
beres,

I. Cor. 7. 26.
S. Chrysost.
lib. de virgin.
cap. 43.

beros, nec minimum quidem *celum* suscipere patiuntur, vndiq; animum quadam quasi vertigine contorquentes, & obruentes. Quod se vir priuatorum hominum tutam, & tranquillam vitam voluerit vivere, nulla modo id assēqui potest. Cūm enim videat circum se liberos stare, & uxorem, cui multa in sumnum eroganda sint, vel iniurias dimittit ipse se in fluctuum ciuilium negotiorum, quo ubi inciderit, non dici potest, quanta illi deinceps peccandi occasio imposta sit in iracundia, in iniuria, in iureiurando, in connitio, in simulatione, multa similitatis causa faciendo. Qui autem fieri potest, ut is, ea tempestate iactatus, & in illa ipsa laudem querens, magnas inde peccatorum fordes non contrahat? At si quis domesticus eius res scrutatus fuerit, tum eum grauiori etiam difficultate uxoris causa plerumque offendet. De multis enim vir cogitur esse sollicitus, quorum nullam sua causa curam suscipere necesse haberet; idq; si modestia est uxori, & commodis moribus. Sin vero nequam, difficilis, & molesta fuerit, non modo haec ipsam rem, necessitatem dicemus, sed pñnam & supplicium. Quo modo autem is tanto negotiorum oppressus pondere & grauijimis etiam vinculis catene ad terram assidue trahentis, conficitur & colligatis pedibus. (vincula enim uxoris inprobitate appello) quo modo, inquam, celeste illud iter; quod solito, & expedito gradu, vacuo etiam & libero animo ineundum est, sic affectus conficer poteris?

Hæc talia incommoda considerantes, ex ipsis infauistis matrimonij, tanquam è vipera, sumunt medicinam, quicunque sunt oculati rerum aestimatores. Qualis fuit Ægyptius ille, quem Socrates, & plerique historiae Ecclesiastice scriptores magnis laudibus extulerunt. Nimurum Ammon vir sanctissimus, qui cùm adolescentis esset, à nuptijs abhorruit ille quidem; sed tamen, cùm nonnulli amicorum eum hortarentur, ut non ita contumeliosè nuptias insectaretur, sed uxorem duceret, illis morem gesit, venitq; ad nuptias. Ac statim ut virginem è thalamo exemerat, & consueta cum pompa in interius deduxerat cubiculum; tandem, ubi necessary illius deceperint, arrepto in manum libro epistolas Pauli complectente, primum epistolam illius Apostoli ad Corinthios caput legere, preceptaq; illius de nuptijs coniugi exponere. Deinde aliunde multa adjicere: docere nuptiarum incomoda: quam tristis fit in-

XIII.
Socrat. lib. 4.
hist. Ecel. c. 12.
Sozom. lib. 3.
cap. 13. Theodo-
tor. l. 4. c. 16.
Niceph. l. II.
c. 24. &c. seq.

l. iii. 2. ter